



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Semita Perfectionis Purgativa, Illuminativa, Et Unitiva**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniae Agrippinae, 1705**

**VD18 15298639**

1. Passus. Desiderium Virtutum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55242](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55242)

## SEMITÆ II.

Perfectionis, seu Illuminativæ

## PASSUS I.

Desiderium Virtutum.

TEXTUS S. SCRIPTURÆ.

*Beati, qui esuriunt & sitiunt  
justitiam, quoniam ipsi satu-  
rabuntur. Matth. c. 5.*

## Cognitio.

**V**irtus est, quæ bonum facit habentem,  
& opus ejus bonum reddit. Aristot.  
l. 2. Ethic. c. 6. Vel ut exponit S. Augusti-  
nus L. 2. de Lib. Arbit. c. 18. *Virtus est  
bona qualitas mentis, quâ rectè vivitur,  
quâ nemo malè utitur, quam Deus in nobis,  
sine nobis operatur.* Virtus autem superna-  
turalis, alia est Theologica, alia Moralis.  
Theologicæ tres sunt: Fides, Spes, Cha-  
ritas. Morales quatuor: Prudentia, Ju-  
stitia, Fortitudo, & Temperantia; ad quas  
multæ aliæ, vel ut partes integrales; vel  
ut

vel ut subjectivæ, vel ut potentiales per-  
tinent.

*Consideratio motivorum.*

Ideo innumeri mortales virtutem non diligunt, neque ambiunt, quia eam non cognoscunt: ignoti enim nulla cupido. Ne id in nos cadat, expendamus I. Quanta sit virtutis *Prestantia*: illa enim est nostra bonitas, nostra nobilitas, nostra dignitas, noster splendor, decus, gloria & corona. II. Quanta ejus *Vilitas*. Est enim panis solidus, cor hominis confortans; est pannonia, quâ nos defendimus, hostes prosternimus, victoriam comparamus. Est supplementum naturæ, ornamentum animæ, facilitas boni operis, quâ benè sanctèque vivimus, quâ veris malis, peccatis scilicet, resistimus; quâ vitam æternam promeremur, Christi que imagines ac imitatores efficimur. III. *Lucunditas*, à qua animi pax, vera lætitia & tranquillitas jucunda dimanat; quæ mirificè recreat; cujus radix sola bonos, ac tandem beatos efficit; quod nec potentia, nec opulentia, nec alia res quæcunque naturalis potest præstare. O quis igitur ad eam non toto pectore anhelet?

*Petitio.*

Domine Deus virtutum, insere cordi  
meo

meo tam infatiabile virtutis desiderium, ut  
ejus assequendæ gratiâ, nulli labori parcam,  
obstacula cuncta perumpam, & media de-  
nique nulla prætermittam.

*Aspirationes.*

I. *In quacunque die invocavero Te, exau-  
di me; multiplicabis in anima mea virtutem.*  
Psal. 137. 3.

II. *Bonitatem, & disciplinam, & scien-  
tiam doce me; ut in nobis vitia ac volupta-  
tes disciplina castiget.* S. Aug. L. 50. Ho-  
mil. 3.

III. *Lumen æternum, doce me, virtu-  
tum naturam intelligere; earum pretium  
& valorem æstimare, earumque bonitatem  
toto corde desiderare.*

P A S S U S II.

Fides.

T E X T U S.

*Sine fide impossibile est placere  
DEO: credere enim oportet  
accedentem ad Deum, quia  
est, & quia Remunerator  
bonorum est.* Hebr. c. 11. 6.

Cogni-